Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Abbas indutus stola cum baculo pastorali incipit excomuni
cacionis formã in die palmarũ finito sermone in maliciosos
Auctoritate patris et filij subscriptos feriendã
et spiritus sancti, beate marie. btõrum apostolorum
Petri et pauli. et omnium scõrum. ac totius ordinis. nos
excommunicamus conspiratores. incendiarios. fures. ppriet-
nos Item excommunicamus omnes qui se pcaciter et pterue
opposuerint ppriis abbatibus. Visitatoribus. et patribus
abbatibus. iudicibus. executoribus a generali capitulo
Ardentem candelam proiciat abbas ultra conspectũ suũ ad spaciũ triũ pas
suum exurendo maleficos. Lectio in susceptione prelatorũ sermo
beati Bernhardi abbatis

Si rebus caritas precium facit: nil in ecclesia preciosius.
nil optabilius bono utilique pastore. Nempe cara
avis est ista. Proinde siquis talis interdum reperiatur. et oc
casio detur: confestim iniciende sunt manus. et totis viribus sa
tagendum. ne qua vi. ne qua arte malicie: fructuosa promo
cio valeat impediri. Ydoneus plane et dignus qui ponatur
custos animarũ: que pprie cura anime. a commissarũ diligencia
et sollicitudine non impedit aut retardat: dum nõ querat
que sua sunt. neqz quod utile sibi est. sed qđ multis. Si forte ad
regimen animarũ sumitur. qui se neqz ad congaudendũ sentit
promptũ. neqz pronũ ad condolendum: talis quidem alijs nõ
prodest. sibi obest plurimũ. Porro se ingere quante inpudencie
est. Speret ergo gradum ministerij: qui dominicum gregem
pascere satagit. Pascere vero debet tripliciter. exemplo conuer
sacionis. verbo predicacionis. fructu orõnis: et pascere ad mã
datum xpi: ut nemo sibi hunc sumat honorem, sed q̃ vocatus

Forma Excõicaõis in die Palmarum.

hodie excõicamus et excõicatos denunciamq omnes conspiratores, incendiarios, fures, proprietarios, apostatas, reuelatores secretorũ Ordinis, omnes qui processũ Visitatorum suorum, ac iudicum à gnrali Capitulo concessorũ in visitatõibus, electionibus, ordinatioibus, correctionibq, seu excõicationibus impedierint, uel ipsis aut proprio Abbati procaciter et proteruè se opposuerint, aut ista facientibus consenserint per se uel per alios, litteras, minas, insidias uel auxilia potentũ aut secularium procurando, ut sic extinguantur coram Deo, sicut hoc lumen omniũ nostrũ oculis extinguitur. Ꝯ.

Dictâ hac excõicationis formâ proyciat Abbas seu delegatus ab ipso ardentem candelã, quam gestaverit sub prolatione præfatæ formæ, ita ut extinguatur.